

# ANGELUS DOMINI

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.  
Amen.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ.  
Et concepit de Spiritu Sancto.

*Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.  
Benedicta tu in mulieribus,  
et benedictus fructus ventris tui, Iesus.  
Sancta Maria, Mater Dei,  
ora pro nobis peccatoribus,  
nunc et in hora mortis nostræ.  
Amen.*

Ecce Ancilla Domini.  
Fiat mihi secundum Verbum tuum.

*Ave Maria...*

Et Verbum caro factum est.  
Et habitavit in nobis.

*Ave Maria...*

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix.  
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus: Gratiam tuam quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde; ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem eius et Crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.  
Amen.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio et nunc et semper,  
et in sæcula sæculorum. Amen.